Iuramentum Gnosi Christopheri Lode Succamerarii Derpaten. Secretary S.R.M. sup Offm Notariatus Metrices minoris Cancellariæ S.Ræ. Mttis.

Ego Christopherus Lode, iuro. Quod recognitiones, et inscriptiones quasuis ad Acta Cancellariæ Sacræ Regiæ Maiestatis recognitas, nec non Priuilegia quæuis fideliter suscipiam, et in Acta eadem veraciter inscribam Extractusq quosuis, ex ijsdem Actis nihil addendo fideliter rescribam, et extradam, neq vllas recognitiones et inscriptiones, sine scitu et voluntate Illrmi ac Magnifici Dni Vicecancellarij ad Acta suscipiam. Libros Metricæ Sacræ Regiæ Mttis integrè conseruabo, nihil in illis addendo vel immutando, et omnia quæ ex Actis extradam ipsemet cum Actis diligenter et fideliter corrigam. Secreta, tam Regni, quàm Regiæ Mttis, quæ mihi pandentur, tam verbo, quàm scripto, nulli hominum reuelabo. Sic me Deus adiuet et Sancta Iesu Christi passio.

Consensus ad cedendum Nobili Basilio Berežansky de iure aduitali sup Aduocatiam seu Scultetiam in Villa Berecki in Dstu Præmysliensi consisten. seruien. in personam Michaelis filij sui.

Sigismundus III zc. Significamus zc. Consensisse nos et permisisse, consentimusq et permittere, præsentibus literis nris, Nobili Basilio Berezansky, vt possit et valeat de omni et integro iure suo aduitalicio, quod ipsi super Aduocatiam seu Scultetiam in villa Berecky in Districtu Præmisliensi consisten. seruit, et competit Nobili Michaeli Berezanski filio suo cedere et condescendere, illudq in personam ipsius transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio, iurisq transfusio, posteaquam coram Actis quibus

Iuramentum Gn̄osi Christophери Lode Succamerarii Derpaten. Secretarij S.R.M. sup Offm Notariatus Metrices minoris Cancellariæ S. R. Mttis.

Ego Christophorus Lode, iuro. Quod recognitiones, et inscriptiones quasuis ad Acta Cancellariæ Sacræ Regiæ Maiestatis recognitas, nec non Priuilegia quæuis fideliter suscipiam, et in Acta eadem veraciter inscribam Extractusq quosuis, ex ijsdem Actis nihil addendo fideliter rescribam et extradam, neq vllas recognitiones et inscriptiones, sine scitu et voluntate Illrmi ac Magnifici Dni Vicecancellarij ad Acta suscipiam. Libros Metricæ Sacræ Regiæ Mttis integrè conseruabo, nihil in illis addendo vel immutando, et omnia quæ ex Actis extradam ipsemet cum Actis diligenter et fideliter corrigam Secreta, tam Regni, quàm Regiæ Mttis, quæ mihi pandentur, tam verbo, quàm scripto, nulli hominum reuelabo. Sic me Deus adiuuet et Sancta Jesu Christi passio.

Consensus ad cedendum Nobili Basilio Berežansky de iure aduitali sup Aduocatiam seu Sculttm in Villa Berecki in Dstu Pramyśliensi consisten. seruien. in personam Michaelis filij sui.

Sigismundus IIItius zc. Significamus zc. Consensisse nos et permisisse, consentireq et permittere, præsen. lrs nris, Nobili Basilio Berezansky, vt possit et valeat de omni et integro iure suo aduitalicio, quod ipsi super Aduocam seu Sculletiam in villa Berecky in Districtu Pramisliensi consisten. seruit, et competit Nobili Michaeli Berezanski filio suo cedere et condescendere, illudq in personam ipsius transferre et transfundere. Quæ quidem Cessio, iurisq transfusio, posteaquam coram Actis quibus

cumq Regni modo authenticis facta et recognita fuerit, eam nos ra-
tam et gratam habituri sumus, ac si, quae praecedente hoc Consensu
Nro peragetur. Eiusq vigore, ac praesentis Consensus Nostri, me-
moratus Nobilis Michael Berezanski, dictam Aduocatiam seu
Scultetiam, cum omnibus agris, pratis campis, syluis molendinis, tabernis
Subditis, eorumq laboribus Censibus, alijsq omnibus et singulis attinentijs
et pertinentijs, antiquitus ad eandem Aduocatiam spectantibus
et prout a parente ipsius tenebatur et possidebatur, tenebit, ha-
bebit et possidebit ad extrema vitae suae tempora. Promittimusq
pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse nos memoratum
Michaelem Berezansky, ab vsu et possone pacifica dictae Aduoca-
tiae seu Scultetiae quoad vixerit amoturos, aut alienaturos, amouendi
aut alienandi, cuipiam potestatem facturos; idemq et Serenissimi
Successores Nri facturi sunt. Post mortem vero ips, non prius, dicta
Aduocatia ad nos et dispositionem nram redibit, donec Summa in
Iiis Originalibus expressa, vel ex Taxa Commissariorum legitime pro-
ueniens; successoribus ips integre et plenarie numerata et persol-
uta fuerit. Iuribus Nris Regalibus Reipub. Ecclesiaeq Catholicae
saluis manentibus. In cuius rei fidem praesentes manu nra subscriptas
Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae die XXV. Men-
sis Martij Anno Dni MDCXXIX

Sigismundus Rex

Venceslaus Zaiączek

cumq Regni modo authenticis facta et recognita fuerit, eam nos ra,,
tam et gratam habituri sumus, ac si, quæ præcedente hoc Consensu
Nrō peragetur. Eiusq vigore, ac præsentis Consensus Nostri, me,,
moratus Nobilis Michael Berezanski, dictam Aduocatiam seu
Sculthetiam, cum omnibus agris, pratis campis, syluis molendinis, tabernis
subditis, eorumq laboribus Censibus, alijsq omnibus et singulis attinentijs
et pertinentijs, antiquitus ad eandem Aduocatiam spectantibus,
et prout a parente ipsius tenebatur et possidebatur, tenebit, ha,,
bebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq
pro nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non esse nos memoratum
Michaelem Berezanskij, ab vsu et possone pacifica dictæ Aduoca,
tiæ seu Sculthetiæ quoad uixerit amoturos, aut alienaturos, amouendi
aut alienandi, cuipiam potestatem facturos; idemq et Serenissimi
Successores Nrī facturi sunt. Post mortem vero ips non prius, dicta
Aduocatia ad nos et dispositionem nram redibit, donec Summa in
hiis Originalibus expressa, vel ex Taxa Commissariorum hme pro,,
ueniens: successoribus ips integre et plenarie numerata et perso,,
luta fuerit. Juribus Nris Regalibus Reipub. Ecclesiæq Catholicæ
saluis manentibus. In cuius rei fidem prntes manu nra subscript
Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die xxv. Men,,
sis Martij Anno Dni MDCXXIX

Sigismundus Rex

Venceslaus Zaiączek